



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 63. Venetorum fervor contra Paulum Vergerium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. A.C. 1548. omnibus injunctum, ut libros hæreticos, si quos tenerent, intra octo dierum spatium ad hoc Deputatis consignent, si secus fecerint, post sedulam in eos inquisitionem rei cum omni poenarum severitate castigandi denunciabantur. Ut vero eo facilius ejusmodi homines detegerentur, eodem edicto cautum erat, ut non modo accusatores nunquam proderentur, sed etiam largis omnino præmiis augendi sint. Hoc edictum a Republica condebatur ad preces Nuntii Apostolici, addita tamen hac conditione, ut nec soli Episcopi, nec Inquisitores de hoc crimine cognoscere possent, sed Gubernatoribus, ac locorum Judicibus adhibitis ad hoc Tribunal appellare tenerentur, eo fine, ut testes examinarentur; de cetero autem sedulo caveant, ne sub Religionis obtentu Reipublicæ subditi divexarentur.

## §. LXIII.

*Venetorum fervor contra Paulum Vergerium.*

*Sleid. comm.*  
*lib. 21. p. 749.*  
*Maurocen.*  
*hist. Venet.*  
*l. 6.*  
*Thu. l. 5 n. 7.*  
*Spond. hoc*  
*an. n. 23.*

**H**aud segnius Religionis studium Veneti præseferiebant in causa Petri Pauli Vergerii Justinopolitani Episcopi; hic enim jam dudum de nova hæresi suspectus, tandem latens nequitiae venenum palam effudit: ast sacræ Inquisitionis

fitionis severitatem veritus primo Man-  
 tuam, ac postea Tridentum auf fugit, u-  
 bi tamen a Synodi accessu excludeba-  
 tur. Hac repulsa commotus Venetias  
 se contulit, inde vero brevi excessit, se-  
 curum apud Grifones asylum quæsitu-  
 rus. Paduam delatus, cum ibidem  
 haud diu moraretur, ocularis exstitit  
 testis divinæ vindictæ, qua Franciscus  
 Spiera Advocatus, hujusque urbis Ju-  
 risconsultus in summa desperatione  
 mortuus plectebatur, quamvis Lutheri  
 hæresin, cui nequiter nomen dederat,  
 coram Joanne Casa Beneventano Ar-  
 chiepiscopo ejurasset. Hujus itaque  
 supplicio territus Vergerius, ac gravius  
 adhuc Inquisitorum vigilantiam perti-  
 mescens primo in agrum Bergomatem  
 secessit, atque inde ad Rhætos, seu  
 Grifones abiit, priusquam vero ex Italia  
 excederet, ejus Frater Juliæ - Pietatis  
 Episcopus non sine propinati veneni su-  
 spicione obiit. Ceterum Vergerius ad  
 Grifonum ditionem delatus aliquamdiu  
 in Telina valle Ministri, seu Præconis  
 munere functus, demum a Christopho-  
 ro Wirtembergico Duce Tubingam e-  
 vocatus est.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1548.

*Pallav. hist.*  
*Conc. Trid.*  
 l. 15. c. 10. n. 13